UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Proculo episcopo [et] confessore. Cap[itulum]. xlix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶De ſancto Macario martyre. Cap̄.xlvij.

MAcarius martyr gen
te lybicus apud Alexandriam tem
pore decij̄ martyriū paſſus eſt: qui
cum a iudice multis verbis ad ne-
gandum fidem ſuaderetur: ⁊ eo maiori conſtā-
tia chriſtum profiteretur: viuus ad vltimum iu
betur exuri: ſicq̄ʒ martyr efficitur. vi. idus decē
bris. hec ado.

¶De ſancta Leocadia virgine et
martyre Cap̄.xlviij.

LEocadia virgo genere hiſpa-
na et nobilis ſub Datiano preſide
in ciuitate toletana paſſa eſt tēpo
rib⁹ diocletiani et maximiani im-
peratorum: que dum ſacrificare
idolis cōtēpſiſſet: a iudice dira carceris cuſto-
dia macerat̄: donec cogitaret qualiter eā gra-
uioribus afficeret penis. Qui cum in emerita-
na vrbe beatā Eulaliā virginē ⁊ multos alios
ſuos chriſti diuerſis et excogitatis ſupplicijs
interemiſſet: ⁊ hec omnia Leocadia in carcere
poſita audiuiſſet: genibus in terra poſitis orās
in confeſſione dn̄i impollutū xp̄o ſpm̄ reddidit
v. idus decēbris ſepulta in eadem ciuitate.

¶De ſancto Proculo epiſcopo ⁊ con-
feſſore. Cap̄.xlix.

PRoculus quartus
epiſcopus Veronen̄. claruit tem
pore maximini imperatoris: qui
dum apud mediolanum degens
chriſtianos perſequeret̄. Procu
lus perſecutionē declinans extra menia vrbis
Veron̄. in pua cellula latitabat: gregeʒ domini
ſibi commiſſum ſermone vt poterat reficiens ⁊
exemplo. Dum autē martyres chriſti firmus ⁊
ruſticus ab anolino proconſule Veronen̄. in car
cere tenti eſſent. proculus amodo ſenex deſide
rio martyrij flagrans ſe ſponte gentilibus ob-
tulit: ac chriſtū profeſſus ab eiſdeʒ vinctus pcō
ſuli preſentat̄. Queʒ ille delirum putans ⁊ pre
nimia iam ſenectute amentia ductum ſolutum
abire permiſit: qui a miniſtris colaphis ⁊ fuſti-
bus ceſus extra vrbis menia pulſus ad ſuos re-
dijt: dolens ꝙ cum deus indignuʒ martyrio iu
dicaſſet. Illi vero eum vti patrem gratiſſime re-
ceperunt. Deinde perſecutione ſedata: loca ter
re ſancte viſitauit: cura eccl'ie presbyteris ſuis
commiſſa: reuerſus autem dum veniſſet vnga-
riam: barbam et comam prolixam minuere de-
creuit iuxta ſacrorum canonuʒ inſtituta. Et dū
eſſet in via fontem orādo de terra pduxit: quo
in loco plures viatores viſo miraculo conuerſi
ſunt: ⁊ in ipſo fonte baptizati. Ipſe aūt ibideʒ
aqua eiuſdem fontis perfuſus barbam totō dit
et comā quodam hebeti ferro et rubiginoſo ſic
leniter ac ſi nouacula fuiſſet acuta. Indeq̄ʒ Ve
ronā rediēs ſignis et v̄tutib⁹ clarus quieuit in
pace. v. idus decēbris ſepultus in eccleſia ſua.

¶De ſancto Syro ep̄o ⁊ ꝯfeſſore. Cap̄.l.

SYrus epiſco
pus diſcipulus beati
Hermacore Aquile-
gien̄. epiſcopi ab eodem ordi-
natus antiſtes papiam ciui-
tatem miſſus eſt ad predican-
dum inuentio diſcipulo eideʒ
aſſociato. Qui veniētes ad ci
uitatē Veronen̄. duʒ ſyr⁹ filiū
cuiuſdā nobiliſſime vidue de-
functum ſua oratione a mortuis excitaſſet: ean
dem dominā cum filio ⁊ familia ⁊ magna popu
li multitudine ad chriſtum conuertit ⁊ baptiza
uit. Ingredienti vero papiam multitudo populi
audita ſignorum illius fama eidem occurrit: et
vt eos errantes inſtitutis ſalutaribus informa
ret: vnanimes acclamabant. Ipſe vero eiſdē ver
bum domini predicare cepit: et quicunq̄ʒ eum
tangebant egroti: ſaluti ſunt integerrime reſti
tuti. Sicq̄ʒ cunctum populum ad fidem chriſti
conuertit et baptizauit. ¶Sed poſtq̄ʒ ſancti
martyres Geruaſius et Prothaſius in ciuitate
mediolanenſi pro chriſto paſſi ſunt: quidam li-
berius chriſtianus de reliquijs eorundem mar
tyrum beato Syro amicabiliter detulit: quas
ille deuote ſuſcipiens multis in eis virtutibus
vſus eſt: deinde extra vrbis menia eccleſiam in
honore eorundem martyrum fabricauit: in qua
dum ſepius celebraret: die quadā iudeus inter
chriſtianos ad cōmunionem acceſſit: vt ſacram
ſumens euchariſtiam luto deijceret. Sed mox
vt eam ore ſuſcepit clamoribus diris ſe ignem
ore accepiſſe dicebat: cruciatuſq̄ʒ ardētiſſimos
pati. Corpore auteʒ domini a beato viro ex ore
pphano reſumpto: quod miraculoſe fauces nul
la parte tangebat: ſed quaſi in aere pendebat.
iudeus a cruciatu eripitur: ⁊ peccatē confitēs
baptizatur. In ipſa etiā eccleſia beatus ſyrus
diſcipulos ſuos Iuuentium ⁊ Pompeium dia
cones Chryſantum ⁊ fortunatum presbyteros
ordinauit. Qui vicos ⁊ villas p̄dicādo circuiēs
viri cuiuſdam natum ſurdum ⁊ mutū ab vtraq̄ʒ
paſſione curauit. ¶Et veniens ad ciuitatē bri
xien̄. puerulum obſeſſum a diabolo liberauit: ⁊
apud lauden̄. ciuitatem cecum quendam a na-
tiuitate illuminauit. Sicq̄ʒ in ipſa vrbe mul-
tos ad fidem conuertit. Deinde repatriās per-
ſecutione chriſtianoruʒ exorta: dum pagani cir
cūquaq̄ʒ miſſi fideles opprimerent: venientes
ad vrbem Papiam chriſtianos appetere mini-
me auſi ſunt: eo ꝙ multitudinē timuerunt. Sed
dum blandis ſermonibus Syruʒ ad ſacrificia
deorum mollire nitūtur: eiuſdem predicatione
verſavice ad dominum conuertuntur. Sicq̄ʒ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN